









69 Tertio, arguitur contra secundam partem, ex Arift. 1. de An. 4. afferentem omnem animam indivisibilem esse; & 1. de Gen. 3. docentem augmentationem partem secundam formam manere, non autem partem secundam materiam, ergo forma est indivisibilis aliter acquireretur etiam de novo. Tum 2. nulla operatio formae extensa facta in una parte subiecti remittit aliam operationem factam in alia parte subiecti; sed in animalibus vehementer operatio unius partis impedit operationem alterius; ut vehementer dolor tactus impedit operationem visus, ergo idem est principium omnium; sic etiam videmus, quod lesio pedanimalis flatum imaginativa, quae in capite est, percipit dolorem, & potentiam motivam imperat ad fugam; quae omnia arguunt indivisibilitatem animae. Item animalia perfecta habent vim discernendi inter duo objecta simul proposita, & eligendi amicum, respuendi verò inimicum, ergo si equus v.g. dextro pede percipit aquam calidam, & sinistro frigidam, necesse est; ut principium cognoscendi sit idem, non quidem proximum (hoc enim est pes) sed principale, quod est anima, nam ponens differentiam inter duos oportet cognoscere utrumque. Tum 3. omnis forma extensa potest recipere contraria in summo secundum diversas partes, sed animalientia nequit haec contraria recipere, summa enim tristitia in una parte remittit delectationem in alia, ergo, &c. Tum 4. sicut in homine una parte subdito flatum moritur totum; ita in quolibet animalia perfecta accidit, non enim apparat in membris indivisibilibus la vitalis operatio, ergo omnes ille animae erant indivisibiles. Tum 5. quando aliquid excipit per additionem formae, quanto plus excipit, tanto maiorem vim habet, nam addita forma, additur quoque virtus, sed animalia perfecta in grandi mole constituta minores habent vires, ut patet experientia, ergo &c.

70 Respond. differre per se expolitoris circa visionem illius textus, unde Argypopolus veritè *divisibilem*; potest tamen facile explicari, quod loquitur de indivisibilitate essentiali, & specifica, ad secundum locum patet ex dictis disp. 8. de Genum. 87. quod ibi per partes secundam formam intelligat Arift. cum Scoto habentem vim conservandi seipsum in toto, vide ibi. Ad 2. & 3. dicimus, solum probare partes animae diversorum membrorum omnes coherere, & omnes potentias esse sibi mutuo subordinatas, quia constitunt unum vivens, & in una anima radicatae, urgeat tamen ponentes potentias realiter distinctas; & si valent, concluderent omnes animas etiam imperfectorum animalium esse indivisibiles, quia haec anima potentiarum, & membrorum esse respondentia in ipsis quoque reperitur. Ad 4. dicimus formas perfectorum animalium in parte materiae alterari non posse, non quia indivisibiles sint, sed quia majori accidentium apparatu, & pluribus egent organis, quae in disjunctione destruantur; tum quia idem eventus animalibus imperfectis, si secundum latitudinem sententur; tum quia nec est clarum, an modico tempore partes illae vivant, ut visus est innuere Arift. in lib. de invent. & sensu. c. 1. & experitur hoc in pullis, & gallinis, quae absciso capite, tantisper vivunt. Ad 5. Zabarella negat minorem; nam lib. de partit. an. c. 13. vult, si cetera sint paria, semper maiorem vim esse in maiori corpore; si autem quandoque minores habent vires, id est, quia maxima copia spirituum requiritur ad tantam molem regendam, quam natura non potest facile procurare. Vel negatur maior universaliter, nam etiam in eis, quae habent animas extensas contrarium videmus, arbor enim si nimium crescit, non tanta virtute fructificat, quia alimentum in tot, ac tam porrectas partes distributum non aequè sufficit omnibus.

71 Tandem arguitur; quia anima est actus corporis organici, ergo eadem anima, quae est in una parte, erit etiam in alia, aliter daretur anima, quae corpus homogenum informaret; tum quia quando ad informationem alicuius formae, inquit Jo. de S. Th. plures partes materiae requiruntur necessario, forma comparatur ad illa omnia indivisibiliter, quia essentialiter partes illae diversae requiruntur, ita se habet anima in ordine ad corpus heterogenum animalium, ergo respectu talis informationis erit indivisibilis. Resp. si valeret, concluderetur quoque omnem animam esse indivisibilem, quia quaelibet est actus corporis organici, & respectu harum partium quaelibet anima indivisibiliter se haberet; imò & quaelibet forma substantialis, quia quaelibet secundum Thomam existit minimum naturale pro sui conservatione, & quavis multum infuset Jo. de S. Th. ut disputatam ostendat; nihil tamen concludit, imò totum concedit implicitè de quolibet animae, ut considerandi erit. Dicimus ergo, de distinctionem illam toti animae convenire, quae secundum se potest corpus heterogenum, cum hoc tamen fiat, quod quaelibet informet partem homogeam cum necessaria, & essentiali dependentia ad aliam partem; cum interit, ergo indivisibiliter respicit illas partes; distinguuntur vel y indivisibiliter excludit multitudine partium entitativarum, & sic falsa est consequ. vel excludit divisionem cum permanentia illarum partium in esse, & concedimus; ex quo non sequitur animam perfectorum animalium esse totam in toto, & totam in quolibet parte, sed tantum diu permanere non posse in eo statu.

QUAESTIO VI.

An Anima divisibile sit homogena, vel heterogena.

72 Quidam ex atheniensibus unicam tantum formam in viventibus reperiri, convicti rationibus illis, quibus à Scotis distinctio inter partes corporis viventis probatur, afluert, animas divisibiles esse diversis partibus specie quadammodo distinctas constare, ita ut alia sit pars formae, quae in equo oculum informat, alia, quae aures, quae ossa; & sic quoadmodum animam quid etheregenum esse dicunt, ita Suar. disp. 1. 7. Met. sed. 10. n. 31. & seq. lib. 1. de An. c. 4. Hurt. de Anim. disp. 4. sed. 1. & seq. qui alios citat, præcipue Ant. And. sed falso, quia hic Author non loquitur de anima, sed de forma corporatais.

Dicimus tamen cum communi animas divisibiles non esse heterogenas, sed uniformes in toto corpore; Haec conclusio conformior est principiis Scoti, qui in 2. d. 4. & in 4. d. 11. q. 2. totam diversitatem specificam partium corporis formis illis partialibus tribuit, non animae. Prob. ex Arift. 1. de Anim. 8. ubi sic loquitur: *familiter autem inconvencient, mixtionem mixtionis esse animam, non enim eandem habet rationem mixtionis elementorum, secundum quam caro, & secundum quam os, accedat spiritus. Quia mixtura non habet, & secundum totum corpus, quibus verbis docere intendit Arift. animam non esse formam mixtionis, & reddit rationem, quia alioqui oporteret in animali tot animas ponere, quot funt partes heterogena ipsius; item text. 94. cum docet omnem animam indivisibilem esse, exploratum est quod de alia loqui non potest indivisibilitate, nisi de illa in parte diversarum rationum; Tum quia data opposita sententia sequitur quodlibet animal non esse unum per se, & in unica specie, sed tantum unum unitate ordinis, & continuationis, & in diversis speciebus, quod est falsum; sequela prob. illa solum faciunt unum per se physicum, & substantialem, quae se habent ut actus, & potentia, sed nec ocululus est actus aures, nec è contra, & idem de aliis partibus, ergo &c. illa namque mutua dependentia unius partis ab alia, nec continuatas ipsarum non sufficit ad constituendum unum per se substantiale, & specificum. Accedit, quod nunquam arbores propria virtute possent fructus producere, sed coram producto esset aequivoca, & totaliter à causa superiori; Probatur seq. perfectior pars in arbore est fructus, ergo nequit ab alia parte imperfectiori produci, nullum enim imperfectius potest perfectius generare; imò quare anima, quae est in trunco non potius convertitur totam substantiam alimenti in seipsa, tanquam suum adequatum perfectibile, non aliter actus rationalis, & quae diversae partes, & species diversae produci, ut sunt illae, quae in foliis, & fructibus reperuntur, cum naturalissimum sit cuilibet viventi, sibi simile generare?*

73 Dices hanc etheregenitatem non esse tantam, ut ad specificam distinctionem perveniat, sed in eadem specie filiter, sicut se habent album ut duo, & calum ut quatuor. Sed contra, quia ex dictis disp. 4. art. 2. & disp. 5. de Gen. 93. art. 1. diversitas partium corporis est specifica, tum quia diversitatem istam inter substantialem individua ejusdem speciei respiciunt disp. 5. cit. 60. 3. art. 2. non ostendimus substantiam non suscipere magis, & minus; etheregenitatem autem gradum consuetudinibus disp. 3. de Gen. quem 3. & tandem quia adhuc argumentum falsum de arbore concludit, nam fructus est perfectior, ergo non posset produci ab alio imperfectiori licet ejusdem speciei.

Contra hanc conclus. infat. Hurt. sunt duae formae eorum separatae, & unius illarum abscinditur pars, quae capiti correspondebat, jam tunc non remanent aequales inter se; forma igitur mutilata vel poterit informare denud corpus equestre, vel non; nequit dici primum, quia caput non viveret, & consequenter nec totum corpus; si secundum dicitur, ergo sequitur partem abscissam esse diversae rationis ab aliis, aliter remanentes poterunt informare caput. Respond. facilius dato casu, cum illae animae sine divisibilibus, non possent totam materiam ut prius informare, sicut nec si forma ignis separata divederetur, posset totam materiam, quam prius informabat, informare, sed partem, cum hoc tamen discernimus, quod forma ignis poterit quancumque partem materiae denud informare, quia una non dependet ab alia in esse, at anima illa necessario informat partem illam, à quibus vita aliarum partium dependet, tale est caput, cor, &c. ponimus enim quancumque partem animae indifferenter ad quancumque partem corporis, sed cum tali dependentia, ut praecipit prius caput, & cor informare, quam reliquis partibus, ut infra.

74 Secundo, insurgit idem; forma quae est in capite determinatè petit dispositiones capitis, & illi repugnant dispositiones pedis, ergo forma capitis est à forma pedis diversa, Prob. antec. caput ut caput petit organa diversa ab organo pedis; talis autem determinatio non provenit à materia, quae est indifferens, ergo à forma, igitur capitis forma determinatè petit illas dispositiones, & quancumque aliae sibi repugnant. Si dicas totam formam secundum omnes partes collectivè simpliciter determinare sibi omnia illa organa, quancumque partem distribuat acceptam in determinatè respiciere quodlibet organum. Contra si quaelibet pars formae indeterminatè respicit omnia corporis organa, ergo tota forma non poterit illa determinatè respiciere; Prob. consequ. quia quod habet compositum, necessariò habet à parte constitutiva,

tiva, vel totaliter, vel partialiter, ut quia homo determinatè est sensibilis, habet ab anima, quae est ad sentiendum determinata, non indeterminate; nam quod convenit compositè ut quod, necessariò parti alicui ut quae convenire debet, vel partialiter, vel totaliter, sed nulla pars formae determinatè respicit caput, cor, oculos, &c. ergo neque tota forma; compositum enim praesertim integrale non est aliud praeter partes unitas. Confir. si forma, quae est in esse, est etiam indifferens ad carnem, item forma, quae est in cerebro, corde, &c. ergo potest in carne manere, ergo si Deus habet omnia in carne converteret, ad hanc forma equina informaret totam illam materiam, ergo equus esset carnis; haec breviter sunt, quae congruit Hurt. à §. 130. usque ad 161.

75 Resp. animam dupliciter considerari posse, velut totum quoddam suo modo elementale, & ut sic non respicit partes entitativas, & integrales, sed proprias realitates, genus scilicet, & differentiam; ac propria naturam; Secundo, considerari potest ut totum integrale, quomodo ex partibus entitativis constat; tunc ad argum. negamus autem, & ad probat. concedimus caput petere illa organa; cum dicitur talem determinationem provenire à forma, distinguimus; à forma provenit, ut est totum elementale, concedimus; anima enim ex sua natura petit talem organizationem informare, quae est in toto corpore, dicitur enim actus corporis physici organici, unde est determinata ipsius elementum ad totam corporis organizationem; provenit à forma, ut est totum integrale, negamus, ut sic enim quaelibet pars est indeterminata ad quodlibet organum informandum; aliter si tantum ad carnem, vel ossa est determinata, non verè diceretur actus corporis organici, sed homogeni, quia tota anima non esset unum quod elementale, & consequenter non habens unum definitionem. Cùm impugnatur haec responsio dicimus quancumque partem formae indeterminatè respiciere totum corpus, cùm additur, ergo tota forma eadem indeterminatè respicit, distinguimus, tota forma, ut est totum elementale, negamus, ut totum integrale, contra formalem, cum demum additur, illa determinatio in composito debet à partibus provenire, concedimus, sed negamus partes animae, ut est quod elementale, esse partes entitativas, sed esse proprias realitates, à quibus habet anima, ut talem organizationem determinatè petat.

76 Ad conf. forma, quae est in ossè, indifferens est ad carnem, ut quod integrale, potest enim carnem informare, non tamen est indifferens ad carnem, itaut non petat ut quod elementale informare ossi, ex sua enim essentia petit corpus organizatum, quod ut sic respicit, tanquam suum adequatum perfectibile, non aliter actus rationalis, & quae quaelibet pars animae est anima, & habet essentiam animae, idè quaelibet pars secundum suam essentiam petit totum corpus, licet quatenus est quod integrans, sit indifferens ad hanc, vel illam corporis partem; hinc neg. consequ. quia cum essentia animae respicit totum corpus, nequit per potentiam Dei equum carnem informare. Sit exemplum, relatio aequalitatis in palmo ad alium palmum fundatur in toto palmo, & itaque extensa sicut palmus, ita una pars illius relationis sit in una parte, & alia pars in alia, sicut tota felatio in toto palmo, sic tamen quod una pars illius relationis in una parte fundata potest in alia fundari, est enim indifferens singularitè, & distributivè, non tandem sequitur, quod, etiam collectivè sit indifferens, itaut possit permanere, si aliquid à palmo auferatur, quia licet ut quod integrale sit indifferens, atamen secundum suam essentiam respicit totum illum palmum necessariò, quae determinatio non provenit à partibus, sed ab essentia: Dicamus uno verbo, partem animae esse indifferenter ad informandum hanc, vel illam partem, dummodo alia partes animae informant alias partes corporis necessarias, concedimus; esse indifferenter, five alia partes informant, five non, negamus; sicut nec in sententia Hurtad. pars formae capitis est ita determinata ad caput, ut nullo modo coexistat alias partibus.

77 Alia argumenta format Hurt. ex diversitate organorum delumpta, quae militat contra negantes formam corporatais, concedimus enim illam diversitatem specificam in organo, sed negamus ab anima provenire, sed à forma corporatais, imò si haec argumenta in brutis concludunt, etiam in homine fatendum erit animam rationalem divisibilem esse in partes heterogenas, vel si sufficeret, quod anima rationalis virtualiter contineret esse carneum, osseum, &c. idem dici poterit de anima sensitiva, cùm secundum ipsos possit continere formam corporis; non igitur erit multiplicandae partes illae etheregenae.

An autem illae animae sint omnes aequales in perfectione, vel paritas perfectior quam altera, pendet ex dictis disp. 5. de Gen. 93. art. 2. ubi ostendimus nullam substantiam suscipere magis, & minus, & ex professo dicimus in Metaph. disp. de principio individuationis.

QUAESTIO VII.

De Animarum origine.

78 Quid attinet ad animas vegetativas, & sensitivas, jam diximus disp. 8. de Gen. q. 2. quod tam animae plantarum, quae ex semine, vel ex putri oriuntur, quam eorum animalium ex putri, vel ex ovib. genitorum, educantur de potentia materiae

ab agente superiori scilicet Deo; vivipara verò educere animas propriorum factum ex gemio materiae; vide ibi, ubi etiam determinavimus genita ex semine, & ex putri specie non differre. Solum igitur hic est dubium de anima rationali, à quo producatur, & quando, num scilicet ante generationem hominis, vel in ipso instanti generationis, Avicenna sustinet, animam rationalem ab Intelligente aliqua creata produci. Circa vero tempus productionis Origenes secutus Platonem asseruit, animas omnes extra corpora fuisse creatas, & propter peccata in corpore missas, tanquam in ergastula quadam; quod de anima Ad. videtur asserere Aug. 7. super Gen. ad lit. c. 24. revera tamen nihil asserit sibi docet.

79 Veritas tamen est, animas rationales solum à Deo posse produci (sive de potentia materiae educantur, sive non, de quo q. 10.) & non nisi in corpore, non ante corpus; Ita Scot. 2. d. 17. q. 1. & 4. d. 1. q. 1. §. *Illa ergo ratio*, lit. M. & K. K. prima pars habetur ab Arift. 2. de Gen. anim. c. 3. dicente, *refert igitur, ut non nisi sola extrinsecus accedat, angulo sola divina sit*; & prob. quia nequit ab homine produci, quia potentia generativa hominis est corporalis, & materialis, at anima rationalis est spiritualis; neque ab Angelis, quia substantia spiritualis non habet potentiam aliquam, qua mediante possit seipsum communicare producendo sibi simile; prob. quia non per intellectum, & voluntatem, nam illa potentia in Angelis non producunt nisi accedens; non per potentiam executivam motivam, quae solum motum localem respicit, si est à voluntate distincta; neque per aliam potentiam distinctam, quia talis non est assignabilis; aliter deberet etiam admitti in Deo; & sic quatuor essent personae divinae, tres communiter assignatae, & quarta per illam potentiam producta; & secundum Philosophos deberet Deus aliam intelligentiam similem in natura producere, sicut secunda Intelligencia producitur tertiam. Haec tamen ratio suffis examinatur in tractatu de creatione, vel de Angelis, pro nunc illa sufficiant.

80 Secunda pars est etiam Arift. 12. Metaph. 19. ubi docet causam efficientem posse esse priorem effectu, non tamen causam formalem, & loquitur quoque de anima rationali; imò est de fide, & oppositum damnatum in Concil. Bracaren. prim. c. 6. & ex Leone Papa epist. 10. ad Turibium; non potest tamen evidentè probari, sed philosophicè loquendo solum persuaderi, inquit Doctor; nullum enim absurdum sequeretur, si ab aeterno poneretur producta, sicut posuit mundum Ariftoletes, vel in tempore apud illos Philosophos admittentes creationem; probatur tamen, quia prius est, quod est secundum naturam, quam quod est praeter naturam, sed anima ex sua natura petit informare corpus, quam extra illud esse, ergo producitur in corpore, non extra corpus. Tum quia potentia praeparatè actui naturaliter, ergo corpus animae. Et tandem homo, qui est anima, ac scientiam, quod patet esse falsum, quia possunt animae acquirere informando corpus oblivisci; non valet, quia sic potest violentè tentur in informatione, quam naturaliter illam appetere. Possent quoque mereri, vel demereri; quod est contra D. Paulum ad Rom. 9. ubi de Jacob, & Esau dicitur, *Cum nondum nati essent, nec aliquid boni, vel mali egissent, &c.*

Inflabit, in materia est naturalis potentia ad recipiendam animam rationalem, ergo debet dari naturalis potentia activa ejusdem animae, nam actus, & potentia debent esse ejusdem generis ex 5. Met. 17. Tum 2. potens in media, potest in finem 7. Met. 30. homo potest in media scilicet in dispositionibus rationalis animae, ergo in ipsam animam. Tum 3. animalia perfecta generant sibi simile, ergo etiam homo, qui est animalia perfecta animal. Tum 4. ab uno omnino non est nisi unus effectus, quia non potest assignari ratio aliqua distinctionis, sed Deus est omnino unus, ergo unus effectus potest ab illo produci. Tum 5. perfectum est, cum potest sibi simile producere 2. de An. 34. ergo hanc perfectionem substantia spiritualibus non debemus denegare. Tum 6. inferiora corpora, per superiora producuntur, ergo idem de spiritibus dicendum. Tum 7. contra 2. partem, Gen. 2. requirit Deus die septimo ab omni opere, quod patrat, & ergo postea non amplius creat animas, sed à principio omnes produxit. Ariftoletes, quoque dixit 2. de Gen. anim. c. 3. mentem de foris advenire, ergo prius existit, quam corpus.

81 Resp. ad 1. sufficere potentiam activam in toto ordine universi, ut ait Doct. q. 1. prolog. & hoc modo explicari debet Ariftoletes, quod actus in ratione activi proportionetur potentiae in ratione receptivae. Ad 2. major si verè elicitur ex Ariftotele, non est universaliter vera, sed ut in pluribus, nam calor potest producere dispositiones formae ignis, non tamen ipsam formam. Ad 3. negatur paritas propter perfectionem spiritualis animae. Ad 4. ait Doctor in 4. cit. CC. majorem esse veram de principio omnino uno, at in Deo datur cognitio distincta plurimum, & multitudine cognitorum, quae cognitio in Deo est substantia, & idè potest plura producere, at in Angelis est accidens. Ad 5. propositio Ariftoletes, ubi est possibilis communicatio similis naturae, non in Angelis, & spiritibus, qui propter suam perfectionem non possunt nisi à perfectissimo agente produci. Ad 6. neg. consequ. sufficere enim in spiritualibus ordo perfectionis essentialis, non autem requiritur ordo causalitatis, ut est in corporibus. Ad 7. etiam Joan. 5. Christus ait; *Pater meus usque modo operatur, & ego operor*, quia propter illa quies intelligitur quoad productionem rerum de novo, non autem quoad conservationem specierum jam productarum;



rum; & quia species conservatur per productionem singularium, idcirco Deus adhuc operatur producendo singularia, & species etiam aliqua de novo, iuxta illud semper aliquid novi profertur Africa; at tamen illa species aliquo modo præcederent in rebus jam creatis à Deo; Aristoteles vero illis verbis circumferibit tantum causam productivam animæ rationalis, non tempus productionis.

APPENDIX.

De Anima rationali.

82 Quoniam vero anima rationalis à solo Deo producitur, non defuerunt, qui hac ratione dixerunt, animam rationalem esse formam substantialem omnino supernaturalem; & ista præsertim ex nostris loquuntur, & discurrent Auctor controversiarum inter Scotistas par. 1. contrav. 23. quod hac ratione probat, quia, ex Scotis per hoc supernaturalem distinguitur à naturali, quod primum habet à solo Deo productum, non secundum; cum ergo anima rationalis à solo Deo producitur, forma supernaturalis dicenda est, non vero naturalis. Cæterum lib. 1. sent. disp. 6. qu. 2. num. 87. & seq. jam fuisse ostendimus omnino ridiculum esse, animam rationalem ea ratione appellare formam supernaturalem, nam quævis à solo Deo producitur per creationem, adhuc tamen forma naturalis dicenda est, quia ad eam naturam dispositio producendo corpus organizatum, & hæc ratio nec dicitur nec ratiocinatur, nec tanquam forma supernaturalis, sed merè naturalis, ut Scotus conceptis verbis docuit 3. dist. 24. qu. C. ex quo patet falsum esse, quod frequenter ait Auctor ille loc. cit. essentialiter entem supernaturalem in hoc consistere, quod aliquid ob suam perfectionem petat à solo Deo produci per creationem, alioquin hinc evidenter deduceretur omnia, quæ à causis efficientibus relictæ produci non possunt, essentia supernaturalis, unde non tantum anima rationalis sed Angelus quoque, qualitates celestium corporum, mundus ipse, & alia id genus entia supernaturalia forent, quod nemo dixerit.

83 Et ideo ferec advertit Scotus 2. dist. 2. qu. 11. C. non ea omnia accidentia, quæ à causis secundis efficientibus produci non possunt, eo ipso esse supernaturalia, nam qualitas Cæli à tota natura creata produci non potest, sed à solo Deo est concreta, & tamen adhuc non est supernaturalis, non alia ratione, nisi quia est perfectio ex naturali Cæli constitutione requisita ad ejus esse, & operari; sine qua non conservaretur, nec operaretur in hæc inferiora; & ideo disp. 6. cit. n. 67. & 68. in fine non ex hoc capite præcise deduximus supernaturalitatem alicuius accidentis, vel formæ, quia à nulla causa creata cum generali consensu Dei causari non potest, sed etiam quia tale accidens est supra existentiam intrinsecam, & proximam totius nature creatae, per quam illud erigit, ut conditionem necessariam requisitam ad suum esse, & conservari; quando enim accidens in aliqua creatura productum est conforme tali exigentiæ, & aptitudini proximæ, quamvis etiam à solo Deo productum esset, adhuc naturale esset, & non supernaturale, quia est infra debitum nature; & non supra, illudque Deus producit, ut totius nature auctor; quo etiam modo producit animam rationalem, atque ideo nullatenus forma supernaturalis dici potest.

84 Respondet prædictus Auctor disp. 7. Phys. qu. 1. conel. 3. ridiculum non esse asserere animam rationalem secundum se inseparabilem esse formam supernaturalem secundum substantiam, cum à solo Deo petat fieri; hoc enim clarissime docet Scotus 3. dist. 23. qu. un. sup. M. & d. 26. qu. un. F. Sed Scotus utroque loco citato nec verbum quidem habet de anima rationali, tantum abest, ut hoc ibi clarissime doceat, quocirca pluries diximus minime sciendum esse huic Auctori semper in ore Scotus habenti, ut plurimum enim nec verbum quidem Doctor habet de ea re, pro qua citatur, ut quisque experiri poterit. Deinde subdit animam rationalem committere non dici supernaturalem nec ejus infusionem in corpus organizatum, non quia non ita sit secundum se inseparabile, sed quia producitur, & corpori infunditur à Deo, ut auctore nature, & ita ordine rerum naturali, & præfixo exigentiæ, ratione cujus productio formæ, & infusio ipsius non dicitur miraculosa ex Scoto 3. dist. 24. qu. un. lit. C. ubi ait, quod quando Deus afflavit, ut generalis causa ad aliquem effectum causandum, si natura disponit, non dicitur miraculose conferri, nec illud collatum dicitur esse supernaturale, sed magis naturale, ut patet de corpore organizato, & infusione animæ, quod etiam repetit 4. dist. 12. qu. 1. lit. P. & c.

85 Sed evidenter constat, hoc totum contra ipsam militare, nam Doctor inquit, quod quando natura disponit ad aliquam formam, & Deus eam producit, ut Auctor nature, etiam si totaliter, & ac immediate eam producat, non proinde dici debere ens supernaturale, vel formam supernaturalem, sed magis naturalem; si ergo secundum Scotum id sufficit, ut forma aliqua simpliciter, & absolute naturalis dicatur, etiam si à solo Deo per creationem producatur anima rationalis non tantum ex divina ordinatione erit forma naturalis, ut ait præfatus Auctor, sed etiam simpliciter, & secundum se inseparabile; alioquin ita etiam pariter dicendum esset de Angelis, de qualitatibus Cælorum, & de materia prima, quia sunt enim immutabiles à solo Deo productæ, quod minime sunt entia supernaturalia secundum se inseparabilia, &

naturalia solum ex divina determinatione, ac ordinatione, eadem enim ratio de his militat, ac de anima rationali; ergo si illa non bene appellarentur entia supernaturalia secundum se inseparabilia, etiam si immediate à solo Deo producta, idem pariter de anima rationali censendum est. Quare cum nec ratione, nec sufficienti autoritate probat Auctor ille animam rationalem secundum se inseparabilem esse formam supernaturalem, hoc utique censendum est unum ex dictis ex solo vero cerebro sine ullo profusio fundamento, atque ideo à communi tam Philosophorum, quam Theologorum sensu recedendum non est, quod anima rationalis etiam secundum se inseparabile sit forma secundum substantiam naturalem, quævis à solo producta, & corpori organizato immediate à Deo infusa. Denique lib. 1. sent. disp. 6. cit. num. 62. 70. & 286. 295. offendimus nullum conceptum supernaturalitatis assignari posse, qui substantie creatae, vel creabili bene possit adaptari, atque ideo omnino chimericum, & commentitium esse hæc substantiam supernaturalem creatam, quam de facto Auctor præfatus admittit loc. cit.

QUESTIO VIII.

De ipsa anima simul reperitur in eodem corpore.

86 Non est questio cum Platone, quem sequuntur et Gal. lib. 7. de Decr. Hippoc. dicente tres animas in homine reperiri loco, & subiecto distinctas, vegetativam in hepate, sensitivam in corde, & rationalem in cerebro; nam ex dictis qu. 6. patet falsitas huius opinionis, non enim esset homo unum per se compositum. Neque est sermo cum Manichæis duas animas rationales ponentibus in homine, quarum una ad bonum, altera ad malum excitaret. Hæc enim opinio tanquam ærone damata fuit in octava synodo generali Canon. 1. eo quia anima rationalis est ultima forma specifica hominis, ergo nec realiter identificata. Sed hæc ratio cum confirmata impugnetur corporeitate formæ, si enim ratio vegetativa sit contracta ad aliquam speciem non est in homine, sed solum ut abstracta ab omnibus differentiis, & secundum gradum genericum, quomodo est realiter identificata? ergo ratio corporis ut per formam corporeitatis copurificata ad determinatam speciem licet partem non erit in homine, sed solum ut abstracta, quomodo est quoque realiter identificata? ergo non debet poni in homine, & alio vitæ forma corporis ab anima realiter distincta. Similiter, & confirmatio; anima enim est inseparabilis à forma corporis, quia sine illa nequit informare corpus, ergo est realiter cum illa identificata; tum quia authoritas Aristot. solum asserit non reperiri gradum sensitivum sine vegetativo, nec rationale sine utroque, sed bene è converso, quod solum exigentiam essentialiter inter ipsos gradus concludit, non identitatem; aliter idem dicendum esset de gradu corporis.

Alii probant, quia in animæ esse substantia plantæ, & in homine substantia bruti, quod necesse est dicere, imò homo prius fuisse planta, postea brutum, ultimum homo. Sed respondent, quod si per brum intelligitur animal compositum ex corpore, & anima sensitiva ejusdem rationis cum sensitiva alterius animalis ab homine, & per plantam compositum ex corpore, & anima vegetativa alterius plantæ; nec sequitur, quia non habent istæ animæ subordinationem ad invicem; si vero per brutum intelligitur universaliter compositum ex quocumque corpore, & quocumque anima sensitiva, conceditur aliis sumptum, sed negant falsitatem, quia homo per animam rationalem solum dicitur homo.

91 Via naturali validius nequit probari, quam à posteriori; sicut enim Scotus in 4. da. 1. qu. 3. existentiam formæ corporeitatis ostendit præcipue propter contractionem, quæ est immediata ratio distinguendi, quatenus scilicet abeunte anima adhuc remanet corpus, ergo vivens non est corpus per animam, sic à contrario dicitur abeunte naturali in homine non remanet vegetativa, sicut semper remanet forma corporis, ergo illæ animæ non sunt realiter distinctæ in eodem vivente; antea patet experientia, conseq. prob. non magis anima imperfectior à perfectiori dependet, quam forma corporeitatis ab anima; imò hæc, cum sit imperfectior, est magis dependens, ergo non necessario recedente naturali debeat reliquæ animæ statim corrumpi, sicut nec statim forma corporis corrumpitur.

Dices, etiam dispositiones regulæ pro conservatione cuiuslibet animæ, idcirco si una propter contrarias dispositiones perit, etiam altera destructur. Contra, quia forma perfectior non regit æquales dispositiones, ac imperfectior, ut patet in mixturâ, & in viventibus perfectis respectu imperfectiorum; ergo falsum est animas omnes requirere æquales dispositiones. Tum quia secundum adverbios prius infunditur vegetativa, postea per novas dispositiones sensitiva, & tandem quando illud compositum est magis dispositum, adventit rationalis. Dices etiam, ideo omnes animas simul recedere, quia mors evenit propter destructionem caloris naturalis, qui est fundamentum vegetativæ, & nutritivæ, idcirco mors semper primo tendit ad destructionem vegetativæ; unde & si hæc separatio non succederet, nam alimentum, & conseq. tamen secundum partem quædam, nam alimentum vivens pars altissimum amittit formam, licet adhuc nutriatur. Contra quia sicut in aliqua parte sit corruptio, & mors fen-

consequitur ex materia, & forma corporeitatis tanquam adequatum perfectibile informatur ab anima; idem de composito ex corpore, & anima vegetativa dici potest respectu sensitivæ. Ad idem de multis authoritatibus Arist. quæ propter conlectam obiciscuntur possunt multipliciter explicari ab adversariis; cum nulla clara, & expressa habeatur.

Alii probant, quia tunc anima rationalis esset purè intellectiva, sicut Angelus, ergo non possit informare materiam, sicut nec Angelus potest. Facile tamen responderi potest. Primum, rationem non concludere de sensitiva in brutis; Secundum, neg. conseq. quia Angelus est ens spirituale completum, anima vero incompletum, & pariale. Alii, ut Avicenna, probant, quia sensatio, & nutritio impediunt contemplantionem. Potest tamen negari conseq. nam impediendum potest provenire propter connexionem, & subordinationem animarum, & dependenciam unius ab alia in operando; intellectus enim pro statu isto alligatus est sensibus, & spiritus vitales, animis, sanguis, & similia actionibus vegetativæ, & sensitivæ interserviunt.

90 Vulpes 2. p. tom. 2. disp. 46. art. 9. probat; vegetativa, & sensitiva tunc realiter à rationali distinguuntur, quando considerantur ut contractæ ad proprias differentias specificas ad proprias, & ultimas species, quæmodo in homine simul esse non possunt, ut si considerantur ut abstractæ à propriis differentiis, & secundum gradum genericum, quo sensa reponuntur in homine, non distinguuntur realiter, quia se habent ut superius, & inferior, ergo in homine non reperitur tres animæ realiter distinctæ. Confirm. quia tres animæ realiter distinctæ sunt realiter separabiles, sed istæ animæ non sunt separabiles, nisi quatenus in pluribus speciebus reperitur ex Arist. 2. de Anim. 15. ubi ait vegetativam ut in plantis separari à sensitivâ, & rationali, istæ vero nunquam à vegetativâ, ergo sunt in eadem specie, quia sunt inseparabiles, & erunt realiter identificatae. Sed hæc ratio cum confirmata impugnetur corporeitate formæ, si enim ratio vegetativa sit contracta ad aliquam speciem non est in homine, sed solum ut abstracta ab omnibus differentiis, & secundum gradum genericum, quomodo est realiter identificata? ergo ratio corporis ut per formam corporeitatis copurificata ad determinatam speciem licet partem non erit in homine, sed solum ut abstracta, quomodo est quoque realiter identificata? ergo non debet poni in homine, & alio vitæ forma corporis ab anima realiter distincta. Similiter, & confirmatio; anima enim est inseparabilis à forma corporis, quia sine illa nequit informare corpus, ergo est realiter cum illa identificata; tum quia authoritas Aristot. solum asserit non reperiri gradum sensitivum sine vegetativo, nec rationale sine utroque, sed bene è converso, quod solum exigentiam essentialiter inter ipsos gradus concludit, non identitatem; aliter idem dicendum esset de gradu corporis.

91 Via naturali validius nequit probari, quam à posteriori; sicut enim Scotus in 4. da. 1. qu. 3. existentiam formæ corporeitatis ostendit præcipue propter contractionem, quæ est immediata ratio distinguendi, quatenus scilicet abeunte anima adhuc remanet corpus, ergo vivens non est corpus per animam, sic à contrario dicitur abeunte naturali in homine non remanet vegetativa, sicut semper remanet forma corporis, ergo illæ animæ non sunt realiter distinctæ in eodem vivente; antea patet experientia, conseq. prob. non magis anima imperfectior à perfectiori dependet, quam forma corporeitatis ab anima; imò hæc, cum sit imperfectior, est magis dependens, ergo non necessario recedente naturali debeat reliquæ animæ statim corrumpi, sicut nec statim forma corporis corrumpitur.

Dices, etiam dispositiones regulæ pro conservatione cuiuslibet animæ, idcirco si una propter contrarias dispositiones perit, etiam altera destructur. Contra, quia forma perfectior non regit æquales dispositiones, ac imperfectior, ut patet in mixturâ, & in viventibus perfectis respectu imperfectiorum; ergo falsum est animas omnes requirere æquales dispositiones. Tum quia secundum adverbios prius infunditur vegetativa, postea per novas dispositiones sensitiva, & tandem quando illud compositum est magis dispositum, adventit rationalis. Dices etiam, ideo omnes animas simul recedere, quia mors evenit propter destructionem caloris naturalis, qui est fundamentum vegetativæ, & nutritivæ, idcirco mors semper primo tendit ad destructionem vegetativæ; unde & si hæc separatio non succederet, nam alimentum, & conseq. tamen secundum partem quædam, nam alimentum vivens pars altissimum amittit formam, licet adhuc nutriatur. Contra quia sicut in aliqua parte sit corruptio, & mors fen-

sitivæ, non tamen vegetativæ propter calorem ibi sufficienter præsentem, ita aliquid in toto debet evigilare.

92 Secundò principaliter probari potest fieri à priori; anima sensitiva in animali est principium, quo anima nutritur, augetur, & aliud animal generat, ergo in ipso sensitiva continet vegetativam; patet conseq. quia illæ sunt operationes animæ vegetativæ; & ex hoc quod in animali istæ actiones reperuntur, deducit adversariis in ipso reperiri potentias vegetativas, & animam vegetativam; antea prob. in nutritione, & augmentatione animalis acquiruntur de novo non solum nova pars formæ corporeitatis, sed etiam ipsius animalis sentiens, quod enim nutritur, augetur, est aliquid sentiens non tantum aliquod vegetatis, & similitur in generatione acquiruntur de novo anima sensitiva, ergo principium illarum operationum est anima sensitiva. Prob. hæc conseq. quia vegetativa, cum sit imperfectior, non potest esse ratio producendi perfectioris.

Dices per se acquiri partem animæ vegetativæ, ad quam potest consequitur pars animæ sentiens, cuius est dispositio. Contra, ergo animal reduplicativè ut animal non augetur, nec nutritur, quod est falsum, quia non solum sit dependentio aliarum formarum, sed etiam animæ sentiens, ergo debet dari nutritio per se ordinata ad restitutionem animæ sensitivæ, & partem sentientis animalis; tum quia hoc non habet locum in generatione, in qua quod per se generatur, est aliquid animal et sic, quia natura intendit generare ibi simile, non tantum in genere, sed etiam in specie. Dices, etiam, dari quidem hæc nutritionem, & generationem animalis, ut sentiens, sed debere adhuc dari potentias vegetativas, quibus acquiratur pars animæ vegetativæ. Contra, quia hoc est multiplicare entia sine necessitate, sic enim animal esset dupliciter vegetans, nutritus, & generans; tum quia jam habemus, rationem formalem animæ vegetativæ, includi in sensitivâ; quod negabat. Ex his deducimus in homine non debere multiplicari animas, si enim non repugnat unam animam virtualiter contineri in anima perfectiori, non erit hoc denegandum respectu animæ perfectissimæ, qualis est rationalis, præcipue quia nulla sequitur implicancia, ut videbimus in solutione objectionum.

93 Tertio, hoc idem probari potest theologicè; nam in primis adunt multæ autoritates. Athan. in symbolo. Sicut anima rationalis, & caro unus est homo, ita & c. & in Clemen. unica de summ. Trin. habet Christum allumplexis partes nostræ nature unitas, corpus scilicet & animam rationalem; nec Sancti Patres, dum de anima hominis loquuntur, neque Sacra Scriptura faciunt hæc distinctionem, sed semper in singulari loquuntur; & in lib. de Eccl. Dogmat. c. 15. hoc traditur ut dogma certum; hæc enim sunt verba. Neque duas animas esse dicitur in homine, sicut Isaculus, & alii Syriacorum scribunt, unam animam, quæ animatur corpus, & immixta sit sanctorum, & alteram spirituales, quæ rationem ministrat, sed dicitur unam esse, eandemque animam in homine, quæ & corpus sua societate vivificat, & semper ipsam sua ratione disponat; idem habet D. August. de Spiritu, & anima c. 9. & Dam. de fide c. 12. Accedit ratio, quia in morte Christi anima sensitiva ipsius non remanet cum corpore, quia non fuisse corpus illud verè mortuum, quod est hæreticum; nec remanet separata à corpore, & Verbo unita, sicut anima rationalis, quia nullus unquam Patrum hoc asseruit, sed tantum de anima rationali docent manifeste Verbo unitam ipsi mortem; neque fuit corrupta; nam hoc est contra Damasc. dicentem, quod Verbum semel assumptum, nunquam dimissit; quod dictum de partibus essentialibus communicat intelligitur; quo argumento Rubionis r. dist. 16. qu. 1. 3. convicit sententiam Ochami deheruit; sed Parisiensis nititur respondere aliter explicando autoritates istas, idcirco non tam evidenter convincit.

94 In oppos. obic. primò auctori. Prima, ex Sacra Scriptura ubi spiritus in homine ab anima distinguuntur, ut 1. ad Thes. 5. Deus pascit sanctificat vos, ut integer spiritus vester, & anima sustinet Dominum, & Dan. 3. Benedicite spiritus, & anima vestra Dominum, per spiritum autem communicat anima rationalis intelligitur. Secunda, deimur ex Aristot. lib. de vita, & morte c. 1. ubi habet hæc verba. Numerum unum necesse est unam, & eandem esse particulam in animalis, quæ, & animal est, & vivit, ipso autem esse plures, & divites; ubi per esse intellectus essentias, & animas in eodem animali; & 3. de An. 1. vocat rationalem partem animæ; si tamen alias virtualiter continet, esset tota anima completa; & tex. 66. ait in obibus non adesse vitam sensitivam, & tamen nutriuntur, ergo solum vegetativa informantur, ergo plures animæ in eodem; rursum 2. de Gen. anim. c. 3. ait hominem prius vivere vita plantæ, deinde vita animalis, deinde vita hominis; ubi non est sermo de operationibus, sed de substantia, inquit enim. Non simul fit animal, & homo; nec simul animal, & equus; fit autem animal, vel homo per animas, non per operationes. Tertia est Scot. 1. d. 17. qu. 3. XX. V. ad primam de numeris, dicens animam intellectivam ad sensitivam, ergo due animæ in homine.

95 Resp. ad r. animam hominis etiam in singulari significari in scriptura Sacra; ideo dicimus, quando spiritus ab anima distinguuntur, hoc esse secundum officia, non secundum substantias, ut spiritus dicatur anima secundum proportionem superiorem, quatenus scilicet respicit æterna, anima verò secundum portio-



nem inferiorē; & in ordine ad creatā. Ad primum locum Arist. facili resp. est enim pro nobis; quia ait, *Nunquid autem necesse est unum, & eandem esse particulam in animalibus, &c.* cum autem addit, *ipso autem esse, &c.* non loquitur de anima, aliter sibi flatim contradiceret, sed de diversis gradibus essendi, qui ab eadem anima sumuntur; in secundo loco loquitur de parte subiecti, nam rationalis continetur tanquam species sub anima qua istae quatuor virtutes continentur, non faciunt species distinctas, sed vegetativā tantum; & sensitivā tantum specie inter se distinguuntur; & a rationali; non quod illae negationes per se tantum importentur sine differentia essentiali, sed illas circumferunt. Ad 3. locum resp. animam secundum essentiam esse in omnibus partibus viventibus, sic omnia animalia, sensitivā, & vegetativā informantur, non tamen esse in omnibus partibus quoad omnes adus; & operationes propter impedimentum in illis reperitur; quod est nimis terrenum, quae tamen terrena materia sunt illis necessaria, ut fua duritie, & firmitate reliquum corpus stabiliret. Ad 4. Thomista dicunt dari successione illam animarum, quae ad adventum sensitivae corrupturae vegetativae; sed falso, quia si vegetans non destrueretur, nam semper adesset dispositio ipsius, cum sint eadem sententia necessaria: tum quia nunquam simile in animalibus produceretur, similis; tum quia si idem in conceptu vegetans anima sentiens, quis non ad eam propria operatio, ergo quae ante partum, & multis mensibus post partum non apparent operationes animae rationalis in homine, deberet etiam hae anima denegari. Expeditius igitur explicatur quoad operationes; ita ut prius exerceret operationes vegetativae, deinde sensitivae, & tandem rationalis; & hoc propter indispotionem materiae, quae non ita perfecte potest flatim preparari, cum vero dicitur loqui de substantia, fallum est, ly enim *fit* non sumitur pro factioe passiva quoad adum primum, sed quoad adum secundum, quo sensu necessario intelligendum est Arist. 7. Polit. 1. dum ait in partibus irrationalem praecedere rationalem, inquit enim, *Partes id in partibus, quibus sensus sunt, & appetitus, & conscientia existit, ratio, & mens procedente state in illis scripta sunt.* Ad Scot. dicitur sumere animam vegetativam, & rationalem non physicam, pro illis entitatibus, sed metaphysicis, pro gradu scilicet generico, & specifico.

96 Secundo, arguitur ratione. Tum quia operatio propria arguit propriam formam, in homine sunt operationes animae vegetativae, & sensitivae, ergo &c. Tum 2. operationes genere differentes, contrariae, & quarum una sit adus appetendi naturaliter, altera appetendi libere circa idem obiectum non possunt esse ab eadem anima, in homine sunt huiusmodi operationes, intellectio enim genere differt a sententia, & idem homo idem obiectum eodem tempore appetit sensitivo appetit, quod appetit rationali refugit, vel utroque appetit idem appetit, aut refugit, sed illo naturaliter, isto libere, ergo &c. Tum 3. operationes vitales sunt immanentes, & recipi debent in eodem principio effectivo, sed sententiae, & vegetations non recipiuntur in anima rationali, ergo &c. Tum 4. unica forma dat unicuique esse, aliter idem esse sumeretur a pluribus formis, scilicet anima rationali, equina, canina, &c. sed in homine sunt tria esse, ergo &c. Tum 5. data habent sententia, non possunt univocatio in animalibus, & in viventibus salvari, quia univocatio attenditur penes aliquam naturam ab univocatis participatam, ergo si in homine non poneretur formaliter anima vegetativa, & sensitiva, non haberet aliquam naturam ab aliis viventibus participatam.

97 Resp. ad 1. maiorem esse veram cum hac glossa, arguit operatio propriam formam, vel aliam superiore virtutem virtualiter includentem illam. Ad 2. differentia generica operationum non arguit semper differentiam generam principiorum, ut patet in Sole, imò in vegetativa plantarum, productio enim feminis est actio specie distincta a nutritione; solum igitur arguit diversitatem potentiarum, in una superiori forma virtualiter alias continente; nec operationes contrariae etiam tempore inferunt diversitatem specificam principiorum, quia eadem voluntas potest simul velle idem obiectum efficaciter, & nolle ineffaciter, ut in projectione mercurii in mari evenit ad salvandam vitam; idem appetitus sensitivus canis vult cibum, ut delectabilem, & illum reipsum propter virgum, solum igitur aliquando diversae argunt potentias, maxime quia illi adus non sunt vere oppositi, quia non recipiunt obiectum secundum eandem rationem, sed secundum diversas, scilicet ut delectabile est voluitum, ut inhonestum est nolitum, idem dicendum de appetitu naturali, & libero, sicut intellectus, & voluntas hoc modo etiam differunt. Neque dicas potentias illas esse contrarias. Nam solum in actu secundo aliquo modo pugnant, potius sunt disparatae. Ad 3. dicitur, sicut principium totale effectivum sentationum non est anima rationalis, sed totum compositum esse anima, & corpore, ita hoc totum est recipiendum; ut suo loco patet. Ad 4. sicut illa tria esse in homine sunt realiter identitica, sic ab una realiter forma procedunt, quae tamen fit plures virtualiter; neque est inconveniens, quod idem esse non ultimatum, & genericum sumatur a pluribus formis, esse enim coloris sumitur ab albedine, & a nigredine. Ad 5. neg. seq. & ad probat. dicitur non re-

quiri ad univocacionem metaphysicam, qualis est illa generica, quod deus aliqua forma realiter realiter, & physicè participat; cum enim est proprium physicè univocacionis, & speciei specialissimae, sed sufficere, ut in toto constituto fit realitas aliqua in illis inclusa, sic in proposito realitas animalis est in homine, & equo, attamen in homine hae realitates sumuntur ab anima rationali, in equo ab anima equina; ut patet in exemplo aliatu coloris.

98 Tertio, ad idem; anima rationalis est incorruptibilis, inextensa, non educta de potentia materiae, quorum opposita aliis animabus conveniunt, ergo non possunt in unam substantiam convenire; praecipue quia corruptibile, & incorruptibile plurimum genere differunt 10. Met. 26. Tum 2. homo est formaliter corruptibilis, ergo ab aliqua forma sic denominatur, non a rationali, ergo a sensitiva. Tum 3. Scotus quod 16. V. ait, non idem unam formam excludere aliam, quia illam virtualiter continet, ergo ex illa continentia virtuali rationalis animae non debemus alias expellere ab homine.

Resp. ad 1. sensitivam, & vegetativam in homine non habere illa praedicata opposita, bene tamen ut in brutis, & plantis reperitur, non enim illa praedicata sunt de ratione formalis sensitivae, vel vegetativae ut sic, sed quatenus constituitur bruta, & plantas. Ad 2. dicitur causam praecipuum corruptionis esse materiam ex dictis in physicis quatenus est in potentia contradicibilem, ad formas, & ab illa homo corruptibilis radicaliter denominatur, formaliter, & proxime a forma totius. Ad 4. dicitur ibi Scotum loqui de continentia virtuali primo modo, & in genere causae efficientis, quo agens aequivoce formam aliquam a seipso diversam in se producit, ut patet legenti textum.

99 Quarto, anima rationalis non potest virtualiter continere vegetativam, & sensitivam, ergo tres animae in homine; antequam prob. Primò, sensitiva de sua ratione formalis est extensa, ergo virtualiter in anima rationali nequit contineri, sicut eadem ratione forma corporis virtualiter non continetur in anima, antequam prob. quod est materialis, non spiritualis, & per hoc materialia a spiritualibus distinguuntur ex dictis supra, tum quia operationes eius sunt materiales, ergo, & potentiae a quibus proveniunt. Secundò, si vegetativae, & sensitivae essent potentiae animae, cum habeant quoque alias potentias, ut generandi, videndi, audiendi, &c. iam darentur potentiae potentiarum, quod est fallum. Tertio, quia potentiae sunt effectus quasi formales animae, & effectus formalis a nulla propria causa provenire potest alia ab ea cuius est. Quarto sequeretur, quod magis differret potentiae auditivae equi, & amini, quam potentia auditiva, & visiva hominis, quia illae a diversis specie formis proveniunt, istae ab eadem; hoc autem est fallum, quia illae genere differunt, istae nequaquam.

Resp. neg. anteq. & ad 1. prob. neg. etiam antequam probatur dicitur, quod sensitiva, de sua ratione formalis non est materialis, sed praecidit, esse enim principium quo formale sententiis, & vegetatio non includit necessarium materialitatem, & extensivum, ut includit hoc, quod est esse principium quo formale corporis; Nec ex hoc, quod operationes sensitivae sint materiales, inferri debet materialitas potentiarum, nisi de potentia adaequata sit firmo, quae includit etiam organa, & visiva partialia, & incompleta possunt esse inextensa. Ad 2. dicitur animam rationalem virtualiter vegetativam includere esse habere potentias vegetativae, non substantiam vegetativae, distinctam a propria, idem non datur potentiae potentiarum. Ad 3. effectus formalis necessario provenit a propria causa, vel ab alia virtualiter illa continente, in sensu exposito in not. ut ad sequens clarius dicemus. Ad 4. neg. sequela, & ad prob. neg. confect. quia distinctio potentiarum non est lumenda penes id, a quo originantur, aliter intellectus, & voluntas essent eisdem speciei, sed penes operationes, & objecta, ad quae tendunt; ut disp. seq. ult. dicemus.

100 Quintò, & si rationalis virtualiter alias continet, adhuc necessario in homine requiritur aliae animae formaliter, ergo &c. antequam prob. homo est formaliter sentiens, & vegetans, ergo per formam, quae actus, & formaliter in ipso reperitur, a qua tale esse recipiat, hae autem nequit esse anima rationalis; quod prob. quia forma dans esse per informationem dat illud esse quod in se formaliter habet secundum substantiam, sed rationalis anima secundum substantiam, & formaliter non continet sensitivam, quae tantum virtualiter, ergo &c. patet exemplo de forma Solis, quae idem non denominat Solem formaliter calidum, sed tantum virtualiter, quia solum virtute continet in se colorem, non formaliter, & actualiter; quo argumento utitur ad ostendendum rationalem non excludere corporeitatem formam.

Resp. neg. anteq. & ad prob. neg. minor subtilitas, cum prob. concedimus maiorem cum hac limitatione, quod non requiritur, ut forma dicatur formaliter talis, sed solum quod sit principium formale constitutum compositum in tali esse, sicut albedo dicitur alba ut quae, non ut quod, & hoc secundum propriam esse actuali; anima quoque rationalis non est formaliter sentiens, quae vegetans, nisi ut quae, & hoc secundum verum, reale, & adhaerens esse, quod in se habet; cum dicitur deinde in min. quod tantum virtualiter, non formaliter continet, dicitur, quod continet virtualiter in genere causae efficientis, & primo modo in not. assignato non continet actualiter, ut in exemplo Solis addu-

adducto; quod continet virtualiter in genere causae formalis (quales sunt alii duo modi); & secundo modo tantum, adhuc non continet actualiter formam illam, sicut forma mixta aequaliter non includit formas elementorum; at quod continet virtualiter tertio modo, verè actualiter in se habet illam formam secundum propriam rationem formalem, quia est principium, quo compositum accipit illud esse, sic habet rationalis anima respectu sensitivae, & vegetativae. Dicitur autem virtualiter continere (quavis adhuc formaliter, & aequaliter dici possit continere, ut colligitur clarè ex Scot. 2. d. 2. q. 6. E.) respiciendo sensitivam tantum, & vegetativam tantum, quae solum materiam periculis quoad proprios gradus, at rationalis, ultra illos gradus excedit ulcerius; & propter istum excessum solet appellari virtualis continentia; & quoad istum excessum solet appellari virtualis comparatio illa, quam facit Scot. in 2. d. 15. ad 1. cum ait, formam mixti continere formas elementorum ad eum modum, quo rationalis continet sensitivam, & vegetativam, scilicet virtualiter; non enim est in omnibus comparatio, aliter vel forma mixta mixti esset principium, quo mixtum eliet aqua, aer, &c. vel rationalis animam non esset principium formale sententiis in homine; quare similitudo currit de excessu in gradu perfectionis, & de continentia virtuali secundo modo tantum; nam forma composita virtualiter tertio modo, continet quoque virtualiter secundo modo.

QUAESTIO IX.

De informatione, & sede animae.

101 UT statum quaestionis melius percipere possimus, prius explicandae erunt praecipuae partes corporis organici, loquatur autem de corpore animalis, maxime de homine tanquam de praecipuo analogo, deinde num omnes illas partes informet anima, an aliquas tantum; & tandem, quarum pars in corpore principium locum tenet, in qua tanquam in praecipua sede residet anima.

ARTICULUS I.

Explicandae quaedam partes corporis animalis.

102 PARTES corporis animalis aliae sunt similes, & homogeneae, quae scilicet habent eandem rationem cum suis partibus, ut os, caro, nervi, &c. aliae dissimiles, & heterogeneae, quae ex similibus componuntur; ut caput, manus, &c. similitudinem partium aliae sunt solidae, ut caro, pelvis; aliae fluidae, ut sanguis, alique humores, & spiritus tam vitales, quam animales, item pinguedo, sebum, adeps, medulla, semen, lac, &c. Rursus dividi solent partes corporis, quod aliae per se continent ad constitutionem corporis, & sunt quae organa inferiunt, & ad primam consistentiam compositi corporis pertinent, aliae dicuntur excrementitiae, quae ex partibus inutilibus alimentis gignuntur, & illarum aliae sunt merè excrementitiae, quae tanquam inutiliter expelluntur a corpore, ut faeces, saliva, aliae sunt excrementitiae, imantae, quae naturaliter ex ipso corpore proveniunt, & ad ornatum, ac alios usus deserviunt, ut pili, ungues, pennae, squamae, &c.

Inter partes solidas tria membra specialiter veniunt consideranda, cum enim corpus animalis in tres partes, seu camerae primò dividatur scilicet in ventrem, in thoracem, & caput, in quolibet harum unum membrum residet tanquam principalis ceteris, in ventre est iecur, in pectore cor, in capite cerebrum.

103 Iecur, five hepatis est sanguis, ceterorumque humorum officina secundum Medicos, de quo diximus disp. 8. de gen. nam. 68. quae fovet, figuram propriam nullam habet in quibusdam animalibus unicum est, & totum continuum, in quibusdam in pluribus partes distinctas; substantia illius est ferè spongiosa meducetier mollis, rubra, & sanguinea, ac si esset sanguis coagulatus, quo modo in ipso generatur sanguis, fiat humor segregatio, & sanguinis ad cor transfusio, diximus disp. cit.

104 Cor principium vitae, secundum Arist. in medio animalis natura fluit, & in thorace, tanquam in multissima arce collocavit; nam collis obvallat, exinde pericardio involvit, quod est membrana quaedam firmissima, & veluti manibus inclusit, similem interfudit; five est humor, ut ferè exsudat ex aliis membris, five ex cordis vaporibus frigore membranae densitas generat, frigida siquidem est omnis membrana. Cor in homine est aliquantò brevius, & latus, quam in plerisque animalibus, quia thorax quoque in homine brevior est, & lator; unde est figurae pyramidalis, cuius basis medium thoracis occupat, mucro tamen, five culpis in anteriora, & sinistra declinat secundum Arist. 3. de part. an. cap. 4. ad Galen. 6. de usu partium cap. 7. docet, & cor etiam in homine secundum omnem dimensionem, & aequilibrium in motu culpis proprio convexitatem diaphragmatis flectit ad sinistram. Materia cordis est caro quaedam dura, quasi media inter carnem, & nervum, & praediorum est inima parte propter concitium omnium fibrarum; hinc crassiore utitur alimento,

non enim nutritur tenui sanguine finibus eius contento, sed crassiore illo, quia iecore per venam cavam ascendit, & antea ingrediatur sinum, suscipitur ea vena, quae quia ad modum impositae coronae cordis basin ambit, coronaria appellatur. Solum equi, & boves cuiusdam generis os habent in corde, teste Arist. 3. de part. anim. cap. 4. & hoc quia praer magnitudine os illud tanquam adminiculum subditum est quomodo totum etiam corpus ossibus sustentatur, & continetur; de finibus cordis dicemus infra.

105 Cerebrum est corpus album, & molle, magis tamen in anteriori parte capitis, quam in posteriori, quae cerebellum appellatur, & quidem ferè rationis est in homine, & reliquis animalibus, nisi quod in homine servata proportione corporis est multo maior illius quantitas, quam in illo animalis, & viri etiam plus habent cerebri, quam feminae. Totum cerebrum in plures partes dividitur; primò est ipsa massa cerebri, quae dicitur medulla; quam circumdant duae membranae, meningis vocatae; quarum una cerebri propinqua; quia magis tenuis, & lenis, pia mater dicitur, altera remotior cerebro, sed crano capitis proximior, quia magis dura, & solida, vocatur dura mater. Extant intra cerebri medullam quatuor sinus, & veluti anfractus ad spiritum animalium generationem inferviens; primi duo sunt in dextera, & sinistra anteriori parte cerebri longo ductu a fronte retrorsum tendentes, sed obliquè, candidissimo, & aequo humore plentum ne obfuscat, & tenebrosus, sed clarus, purus, & quam maxime fieri poterat limpidus evaderet spiritus; tum ut frigidiori loco melius temperari posset. Hi duo sinus tanquam ad cavitatem quandam deorsum in cerebri medio terminantur, quae tertius censetur sinus; quartus est in cerebello angustissimus omnium, & forma calami.

106 Constat apud omnes temperamentum cerebri esse debere frigidum, & humidum, tum quia in calido cerebro, temerarius, furibundique fuissent motus, & sentiones, ut ferè solet evenire phreneticis, vel gravi capitis dolore vexatis, licet a calore spirituum vitalium est corde ascendendum aliquid tantum reatundatur talis frigiditas; debuit esse molle, & humidum, tum propter sentiones, quae in capite vigent, tum propter nervorum propagacionem, quae ex dura, & consistenti materia non fieret, nam flexibiles esse debent; cumque cerebrum in supremo loco debuerit collocari, si duram accepisset substantiam, nimium omnibus gravaret caput. Illud etiam mirabile, quod cum cerebrum fit omnium sensuum principium, ipsum tamen fit sensuum expers, aut parum possidet; unde communiter afferitur, dolores, quae saepe sentiuntur in capite, membrarum fune, non substantiae cerebri. Moveri etiam cerebrum certissimum est, non tamen animaliter, hoc est motus ille non est in nostra potestate, neque ut nobis liberetur, intenditur, aut remittitur, sed naturaliter, ac necessario, unde motu cerebri fit stertutatio, tunc enim colligitur, & contrahit ad novae rei exclusionem, quodque est in thorace tensus, in ventre singultus, aut ructus, hoc in cerebro stertutatio est.

107 Quod attinet ad partes fluidas corporis, iam de quatuor humoribus scilicet sanguine, pituita, ferè flegmate, colera, seu flava bili, & melancholia, five atra bili, quomodo fiat, cuiuscomque sint conditionis, & qualitatis, diximus disp. 8. de Gen. num. 68. & seq.

Spiritus est sanguinis tenuissima pars in corde, vel cerebro purpurata, & inde distributa ad functiones vitales, fit autem hoc modo; Vitalis vis in corde residet, ubi est fons praecipuus, & maximus caloris nativi, ab eo autem ramus vitales hac ratione generantur: A vena cava derivatur ramus vitales in dextrum ventriculum cordis, quo sanguis in cor influit; cor verò perpetuo movetur motu dilatationis, & contractionis; dum ergo dilatatur, ventriculus eius dexter repletur sanguine, eoque ibi esse fervescere partes teniores sanguinis percolantur in sinistram per membranam quandam interiectam inter utrumque ventriculum, ubi amplius calore sinistri ventriculi periculantur. Sanguis itaque percolatus maxime subtilis, & calidus, arteriisque jam coloris effectus a reliquo sanguine, spiritus vitalis appellatur a Medicis. Porro quando cor rursus motu contractionis movetur, spiritus generatur in sinistro ventriculo per arterias expelluntur ab eo originem trahentes, ac per totum corpus, ut ritam teneantur, egrediuntur. Sanguis spiritus illi separati quidem ab aliis membris, non enim possent impelli sine membrorum officio, & destructione, cum quibus ferè continui, at inter se sunt continui, non distincti quasi atomi. Maxima verò spirituum vitalium pars cerebrum petit, five ipsius animales, & sensitivae generentur, & per meatus ad id destinatos organa sensuum subeunt ad sentationes elicendas; unde secundum consensuum specie a prioribus non differunt, sed solum ex accidente per hoc, quod frigiditate nativa cerebri infrigidantur, & hunc autem; ita rem explicat Molina 1. p. q. 22. art. 3.

108 De femine quid sit, & quomodo fiat diximus disp. 8. de Gen. q. 2. art. 2. Huic simile est lac, quod nil aliud est, quam sanguis per venas ad ubera attractus, ibique de novo coactus, & a glandulis mamillarum substantia in albedinem, & dulcedinem alteratur; possimum autem generatur ex sanguine menstrualis, quo quia abundat feminae, illae solae lac habent communiter: quod autem ex illo fiat, Prob. quia huncveculae, sicut & vetulae lac non habent, quia desiliuntur illo sanguine; & ex